



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De festo semidupl. & simplici. c. 11

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

RUBRICAE GENERALES
DE HIS QVAE OBSERVANDA SVNT
IN CELEBRATIONE MISSARVM,
IUXTA MISSALE ROMANVM
EX DECRETO CONCILII
TRIDENTINI RESTITVTVM.

¶ **Quae missa dicenda.**

Cap. 9.



Missae quotidiæ sicut in ordinē Officij. De festo duplici, vel semiduplici, vel simplici: de Dominica, vel feria: de vigilia, vel de octava, et extra ordinē Officij, Quatuor, vel pro Defunctis.

¶ **De duplici.** Cap. 10.

Missae dicitur de duplici illis diebus quibus in Calendario ponitur hæc nota,

Duplex et in festis mobilibus, quicunque Officium sit duplex. In duplicibus dicitur una tantum oratio, nisi aliqua memoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, ut in propriis missis assignatum est. Quod dicitur debet Gloria in Excelsis. Credo inferius dicitur in propriis rubricis.

¶ **De Semiduplici, et Simplici.** Cap. 11.

Missae de Semiduplici dicitur, quoniam in Calendario ponitur hæc vox. **S**emiduplex. Preterea in Officiis, et diebus infra Octavas. In semiduplicibus tantum festis, quae Dominicae, et infra Octavas dicuntur plures Offiones, et dicitur in rubrica. De oratione. Infra Octavam dicitur missam sicut in die festi, nisi proprias missas habuerit: in Dominicis vero sicut in propriis locis assignatur. De simplici dicitur missa sicut de semiduplici, ut suis locis ponitur.

¶ **De Feria, et Vigilia.** Cap. 12.

Missae de Feria dicitur, quoniam non occurrit festum, vel octava, vel sabbatum in quo fit officium beate Marie. In festis tantum Quadragesimae, Quatuor Temporum, Rogationum, et Vigiliarum, etiam si duplex vel semiduplex festum, vel octava occurrat, in Ecclesiis collegiatis dicuntur duae missae, una de festo, alia de Feria. In Vigiliis autem quae veniunt infra Octavam missa dicitur de Vigilia cum Commemoratione.